



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corpus Doctrinæ Christianæ**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiæ, 1572**

**VD16 M 2890**

De Cavssis Calamitatvm, Et De Locis Consolationum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

DE CAVSSIS CALAMITA-  
TVM, ET DE LOCIS CON-  
folationum.

QVARE ECCLESIA SVE-  
iecta est cruci?

CVM nulla visibilis natura sit præstantior quam humana, sa-  
pientes omnes quærunt, vnde sit illa magna moles errorum, uitio-  
rum, & calamitatum in tam præstanti natura. Quoties omnes sapien-  
tes errant in consilijs? Quam facile ruunt in sceleris? Deinde unde  
sunt mors, morbi & horrendæ confusiones in vita, bella, & aspiduæ  
valtationes gentium? Et quare iusta ab iniustis opprimuntur?

PHILOSOPHIA dicit, multa casu accidere. Quædam fate-  
tur habere caussas fatales. Deinde mortis & morborum caussas dicit  
esse materiam. Caussas autem scelerum dicit esse voluntatem huma-  
nam. Sed si quæras, vnde in materia hominum, & in voluntati-  
bus hominum tanta sit infirmitas, fontem horum malorum non mon-  
strat. Sed principales & veras caussas Deus in Ecclesia patefecit, &  
doctrinarum collatio ostendit, Ecclesia doctrinam perfectiorem esse,  
quæ & primas caussas calamitatum, & firmas consolationes mon-  
strat, ignoras Philosophia. Et efficacia in consolationibus ostendit,  
Ecclesia doctrinam à Deo traditam esse, quia liberationes sunt testi-  
monia præsentiæ Dei.

QVAE EST CAVSSA VITIORVM,  
erratorum, mortis, & aliarum miseriarum  
in toto genere humano?

PRIMA & vniuersalis caussa est peccatum hærens in natura,  
iuxta dictum: Per peccatum mors. Et accedunt deinde in tali vitiosa  
natura errores, & in voluntate scelera sponte electa, quæ attrahunt  
singulare poena.

A L T E R A caussa est Diabolus, qui impel-  
lit homines odio Dei ad horribilia sceleris, & auget calamitates va-  
rijs modis, iuxta dicta: Ponam inimicities inter semen mulieris &  
serpentem. Item: Satanus intravit in eum. Ut Cain occidit fratrem  
impulsus à Diabolo. Sed hic rursus queritur: Quare Eccle-  
sia subiecta est in gentibus miserijs, cum sit iusta? Et obijicitur hoc ar-  
gumentum:

Iustis debet bene esse, iuxta dictum: Qui fecerit ea, viuet in eis,  
Ecclesia est iusta,  
Ergo Ecclesia deberet esse sine calamitatibus.

R E S P O N D O primum ad minorem. Ecclesia est iusta, scilicet  
imputatione & incoatione, sed hæret adhuc in ea peccatum.  
Cc 3 Vult

Vult autem Deus iusticiam suam & iram aduersus peccata preceps in Ecclesia agnoscit, & vult queri remedium. Ideo magis premur Ecclesia, iuxta dictum: Iudicium à domo Dei incipit. Item: Delictum effectum animam meam in medium inimicorum meorum.

S I M V L autem reuelat Deus in Euangelio futuram liberacionem integrarum. Ideo postea ad maiorem respondendum est: Iustus liber bene esse, scilicet, iuxta reuelationem Euangelij, cum enim proflus liberati à peccato, non tantum imputatione & incertitate, sed consummatione nouitas.

C A V S S A E autem preceps sunt octo, propter quas Ecclesia durius premitur, quam reliquias generis humani, sicut dictum est: Iudicium à domo Dei incipit.

I. P R I M A causa est peccatum hærens in natura, quod contemnat mundus, Deus in Ecclesia vult conspiciri iram suam aduersus interiora & exteriora peccata. Et ut eam agnoscamus, & nos libesciamus iudicio suo, commonefacit nos varijs modis, iuxta dictum:

Filiū quem diligit, corripit. Item: Innocens non erit innocens ram te. Et Iob facetur, se coram Deo iniustum esse, etiam adulterium suarum non sint causæ actualia sceleræ, sicut amici dispergunt. II. Secunda causa est: Quia Diabolus magis odit Ecclesiam, quam alios. Genesis 2. Ponam inimicitias inter semen mulieris & serpenteum. Item in Iob: Diabolus sterit inter filios Dei, & insulam sanctis. III. Tertia causa est, ut in cruce exercantur & crescant penitentia, fides, invocatio, & ora nouitas, iuxta dictum: Bonum mihi quod humiliasti me, ut discerem iustificationem meam. Item: Vexatio dat intellectum. Item: Alienum opus facit, uiciat proprium. Item: Qui non est exercitus, qualia fit? hanc uocem uocat uocem. Item: Quæ nocent, docent, &c. IIII. Quarta: Quia plurima sunt in Ecclesia etiam actualia delicta mortalia, ut Davidis adulterium, sceleræ Manasse, quæ punit Deus proprie suam iusticiam, & propter exemplum, & ut multos ad penitentiam reuocet. Propter hanc causam plurimæ calamitatem vagabundam per universam Ecclesiam. Et paulatim tota hominum natura fit deforme or & languidior.

D e hac causa dicitur: Irām Domini portabo, quia peccavi ei: sed cum sedebo in tenebris, Dominus erit in mea. Item: Cum indicamur à Domino corripimus, ne cum hoc maledictione damnemur. V. Quinta, ut Sanctorum mors sit testimonium testificari iudicio. Quia cum Deus antea testatus sit, sibi placere Pullum, non negligetur in morte, nisi restaret aliud iudicium, in quo offendere damnam Neronem. VI. Sexta, ut Sanctorum mors sit testimonium de doctrina, quod vere sic sentiant, nec sibi commodi evanisa circumferant fictam doctrinam. VII. Septima, Venerabiles conformes imaginis Christi. VIII. Octaua, Ut liberationes in calamitatibus

calamitatibus, quæ non sunt extricabiles humano consilio, sunt testimonia præsentia Dei in Ecclesia, ut precatur Moyses 14. Numerorum: Ne deleas nos, vt sciant Aegypti, quod sis in hoc populo. Et 1. Reg. 17. Ut sciat omnis terra, quod sit Deus in Israël. Et Iesaiæ 37. Libera nos, vt sciant omnia regna terræ, quod in Israël sit Deus.

Hæc doctrina de Caussis, properas Ecclesia cruci subiecta est, semper in conspectu sit, ne offensi ærumnis Ecclesia, existimes, cœtum hunc deformem à Deo negligi. Ex his caussis, patrum impulsu, partim finalibus, sumitur & hæc distinctio de generibus calamitatum. Genera sunt quatuor. I. *ruagia*, vt exiliū Dauidis. II. *Doximaria*, vt carcere Ioseph. III. *μαρτυρια*, vt intercessio Baptiste, Iesaiæ, Ieremias, Pauli & aliorum. IV. *λόγος*, solitus Christi obediencia est.

## L O C I C O N S O L A T I O N V M .

Vtilissimum est scire fontes doctrinæ de caussis calamitatum, & de locis consolationū, & conferre humanas & diuinæ consolationes.

PHILOSOPHICI LOCI PRAE-  
cipui sunt septem.

- I. Primus, Necesitas, ut, quæ mutari non possunt, minore dolore feruntur, cum cogitatio in mente flebit cor ad moderationes, sicut dicitur: Bonus animus in re mala dimidium est malum. II. Secundus locus est dignitas virtutis. Non est enim iniuste faciendum propter dolorem, vt Cato discedit à iusticia, cum fractus dolore sibi consilice mortem. Cicero discedit à modestia, nimium lamentans propter exilium, cum tranquillis animis tulerint exilia multi præstantes viri, Aristides, Camillus, Metellus, & alij. Et hoc pertinet dicta: Tamen per ipsas lucet ærumnas decus: Item Aristoteles inquit: *Ιδού γάρ λαμπεῖ τὸ καλόν*. III. Tertius locus est bona conscientia, iuxta dictum: Est aliquid magnis crimen abesse malis. Est enim duplex dolor, Externus cruciatus, & vulnus cordis. IIII. Quartus, Exempla. Quia cum similia alijs multis & melioribus accidere cernimus, videtur inæqualitas & superbia esse, nihil velle communium ærumnarum ferre. *Κωνσταντίνος ιδότοι ταραχήδια*. V. Quintus. Spes lati exitus, iuxta illud: Durate & vos in rebus feruate secundis. Sed sepiusime humano iudicio nulla spes cernuntur, vt in morte Socratis, & in plurimis Ethnicorum calamitatibus. VI. Sextus. Caussæ finales, vt, militi facilior est mors profutura patriæ. VII. Septimus. Collatio euentuum, vt, Melius est agrotate, quam accedere ad convivium, & incidere in tumultum. Aeschines ait se lætari, liberatum se ab Attica Republica, tanquam à rabiōsa cane, & ait, se habere officiosum hospitem in exilio. Socrates

C c 4 dicit,